

quia tunc vetum est fieri venditionem: quod si elegerit, rem restituere, non erit venditio: & ideo nulla gabella debetur, ut patet ex resolutis per Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 28. §. 6. n. 4. & in terminis tenet, & probat Lassar. vbi supra, num. 4. versic. Si vero.

15 Tercio limitatur præfata communis sententia, quando res simpliciter æstimata traditur super negotio, quod venditioni repugnat, ut in l. cum dyobus. §. damnass. pro socie qua agit Bald. in l. 3. ff. locat. & in specie tex. in l. 2. §. si in alia ff. quar. rerum aut. non datur, iuxta tertiam interpretation. glossæ, ibi verb. vendam, scilicet, cum rem æstimatam ludotunc namque venditio non est, ac proinde gabella non debetur, ut probant Bartol. & communiter DD. secundum Lassar. diñ. capi. 1. num. 5. qui hoc latius probat in specie nostræ gabellæ.

16 Nec etiam gabella debetur, quoties res æstimata vendenda traditur, quia non est propria venditio, sed tantum præparatorio venditionis, ut in l. 2. ff. de æstim. actio. Parado. rerum quorid. libro primo, cap. 3. §. 2. n. 3. Lassar. d. cap. 1. n. 4. Girond. de gabellis, g. par. in princ. n. 32.

17 De venditione autem, quæ postea fiat eiusdem rei debetur gabella iuxta quantitatem pretij, quo venierit, ut in l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.

18 Denique gabella non debetur in specie l. si pro mutua. C. si cert. per. & l. pro auro, secundum communem eius intellectum, de quo in glof. 1. ibi, C. de usur. vbi cum rogasses me, ut mutuum tibi pecuniam crederem, nec cam haberem, lancem, aut equum, vel alias species, utriusque consensu æstimatas dedi, vti eadem æstimatio statim tibi mutua esset, quidquid de illis rebus postea fieret, quia hæc non est venditio, sed potius mutuum fictio, ne brevis manus quo efficit, ut pecunia ex illis speciebus æstimatis redacta, vel redigenda mihi videatur à te soluta, & iterum tibi à me credita, ut probat l. singularia in fin. ff. si cert. per. & in terminis latissime ita probat, & resoluit Lassar. d. c. 1. n. 7. cum seqq. respondens, qui negotia in versic. his argumentum ff. mandat. quæ videbatur probare contrarium, & tandem n. 10. declarat, hoc procedere, quando species, quas tibi æstimatas tradidi, ut tu eas venderes, & eorum pretio veteris, venales non habeant. Tunc enim vetum est dicere, magis me vidisse mutare, quam vendere: Secus vero si eas species venales habeam, quia tunc non vendidisse minus, quam mutuas videor iuxta distinctionem l. rogasti, ff. si cert. per. ac proinde gabella debetur in hac vltima specie.

Nunc videamus de illa secunda quæstione supra indicata, nempe, an de emphyteusi æstimata data in dotem debeat laudemium, in qua, ut vidimus, communis opinio contra laudemium debet, quia æstimatio præl. in dotibus in dubio facit emptionem, & eam tenet etiam Aluar. Valasc. de emphyteusi. 2. tom. quæstio 113. num. 3. & ita in praxi, & in puncto iuris est proculdubio tenendum: gabella tamen ex datione dotis æstimatæ etiam ea æstimatone, quæ emptionem facit in his Regnis minime debetur, ut in l. 35. tit. 18. hoc lib. 9. de quo infra late sua quæstione agemus.

Nec communj supradictæ resolutioni de laudemio debito, atque soluendo ex emphyteusi æstimata ea æstimatone, quæ emptionem facit in dotem data, obstat, quo nouiter contra eam tentantj Carol. Molin. vbi supra, eius namque opinio, ut hominis arrogantia pleni atque mordacis, & satyrici

quamuis alias doctissimi, sed parum modesti, falsa est, atque non tenenda, vtex infra dicendis liquido apparebit.

In primis enim (inquit) vulgare illud dictum, rem in dotem datam æstimatam etiam tali æstimatone, quæ venditionem faciat, censeri venditam, non absolute verum esse, nec quo ad omnia, ut in l. quoties de iur. dot. quæ lex decidit, quod euicta re in dotem data æstimata vit ex empto contra mulierem ager, & quicquid eo nomine fuerit consequtus, dotis actione soluto matrimonio ei præstare oportet: addit lex (& tunc pro Molineo) quæ sententia habet æquitatem, quia non simplex venditio sit, sed dotis causa, nec debeat maritus lucrari ex damno mulieris. Sufficit enim, maritum indemnem præstari, non etiam lucrum sentire, hoc namque ex æquitate potius, quam iuris rigore lex sua clementia voluit, ut ex ipsa expresse constat, quod nec in illa specie, quod ac pretium æstimatone reddendum tradit venditioni, imo eam format, nempe, ut si venditio dotis causa facta, nec procedit extra illum casum, sed tantum in eo æquitate pleno, ne maritus lucratur ex damno mulieris: qui casus ad nostrum, de quo agimus, nihil atinet: In cæteris vero extra illum, inconcessa manet communis regula, quæ habet, quod æstimatio in dotibus regulariter facit emptionem.

Comprobatur etiam, quia æquitas d. l. quoties, solum locum habet, quando res dotales, quæ sunt euicta, est data æstimata ab ipsa muliere: secus si ab extraneo vel patre mulieris, quia tunc locum non habet æquitas, d. l. quoties, ut per Bald. Nouell. de dote privileg. 40. quem refert & sequitur Gregor. Lopez in l. 18. in gl. El pro & el damno ibi quod tamen tit. 11. par. 4.

Addit vero Carol. Molin. tunc demum æstimatone in dotibus facere venditionem, si contingat maritum, vel eius heredem soluto matrimonio male d. æstimatone, & non fundum restituere: secus si malit potius ipsum fundum restituere, pro ut potest, & electionem habet per plerumque, in fin. ff. de iur. dot. quia tunc fundus nunquam censetur venditus fuisse, sed in dominio mulieris permanisse, ut in l. si constante. §. si maritus, in fin. ff. solut. matrim. & in l. in rebus. Cod. de iur. dot.

Hæc tamen additio falsa prosum est, tum quia omnia intra præallegata ad hoc, quod æstimatio in dotibus facit emptionem, indistincte loquuntur, & procedunt statim re in dotem data æstimata, ea æstimatone, quæ facit emptionem, non expectato an maritus eligat æstimatone, vel rem ipsam restituere, soluto matrimonio, & ad hoc plene probandum sufficit mihi vel sola vna lex, aliis quam plurimis omissis, nempe eadem l. plerumque à Molineo in contrarium allegata, ibi, si ante matrimonium æstimatæ res dotales sunt hæc æstimatio quasi sub conditione est, namque hæc habet conditionem si matrimonium fuerit sequutum: sequutus igitur nuptiis æstimatio rerum perficitur, & si vera venditio, non ergo ad hoc expectari debet matrimonij solutio, nec maritus electio: quod etiam patet ex versic. statim sequenti, eiusdem libri, æstimatio enim venditio est.

Alterum autem, quod affirmat Carol. Molin. 24. nempe, stante præd. æstimatone posse maritum, si velit, pro ut electionem habet, restituere fundum æstimatum in dotem datum, non vero teneri eius æstimatone præstare, ex d. l. plerumque in fin. plusquam manifeste falsum est: ex eadem, & l. plerumque in fin. capiend. sensum à versic. præcedenti. Loquitur

Loquitur enim, quando in æstimatone dotis conuenit, ut aut æstimatio, aut res præstentur, ut patet ibi; si res in dotem data fuerit æstimata, verum conuenierit, ut aut æstimatio, aut res præstentur, si quidem fuerit adiectum, utrum mulier velit, ipsa eliget, utrum malit petere res, an æstimatone: verum si sita fuerit adiectum, utrum maritus velit, ipsius erit electio: aut si nihil de electione adiciatur, electionem habebit maritus, utrum malit res offerret, aut pretium eorum: nam, & cum illa, aut illa res præstetur rei electio est, utram præstet: sed si res non extet, æstimatone omnino maritus præstabit: hinc finit illare quomodo literaliter & vere loquitur, quando expresse conuenit in datione dotis æstimatæ, quod aut æstimatio, aut res præstentur, quo casu distinguitur, ut videmus in verbis illius l. prænaratis, & approbatur illa decisio, dum loquitur in dote in l. 18. & 19. tit. 11. par. 4. Loquitur etiam generaliter in alia promissione alternatiua rerum, quod debitor sit electio, cui decisioni conuenit, l. 23. & 24. tit. 11. par. 5.

At Carol. Molin. vbi supra, nec nos loquimur in hac specie conuenitionis alternatiua restituendi res ipsas dotales, aut earum æstimatone, quo casu verum est, esse electionem præstendam marito aut uxori, cui in conuentione præfata fuerit relicta, & nulla data electione, maritus eliget, quia in alternatiua debitoris est electio.

Sed loquitur, & loqui sumus manifeste, non stante prædict. conuentione alternatiua, sed tantum quando simpliciter res in dote datur æstimatæ regulariter: quo casu nec dicit. l. plerumque loquitur, nec verum est pendere ab electione faciendi à viro, vel eius herede soluto matrimonio, an velint æstimatone, vel fundum æstimatum restituere, ut alias censet Molineus: sed statim nuptiis sequitur perfecti, & esse veram venditionem, ut in dicit. l. plerumque, & in d. l. 18. cauetur.

Et præterea minime maritus, aut eius heres prædicit. electionem, sed præcise tenebitur, æstimatone restituere, quia vera, & perfecta venditio fuit statim sequitur nuptiis.

Alias enim maximum præiudicium, & damnum fieret dotibus siquidem re ipsa æstimata in dotem data viliori effectu absque culpa mariti semper, maritus eius vel hæres, soluto matrimonio, eligerent ipsam restituere: æstimatone vero per contrarium, quando res æstimata pretiosior esset, quod quantum præiudicaret mulieribus, & favori dotium contra iuris dispositionem vnusquisque facile conicere poterit: præterquam, quod contrarium expresse vtroque iure communi, & Regio statutum est: nempe, ut periculum, damnum aut commodum rei æstimatæ in dotem data contingens, si matrimonio sequutum fuerit, pertinet ad maritum: si in æstimatæ vero date sint, ad uxorem, ut in d. l. plerumque per totam, & in l. 18. & 19. tit. 11. par. 4. nisi periculum damnum, aut commodum antequam nuptiæ sequantur in rebus æstimatis, contingat: tunc namque ad mulierem pertinebit, quia dato est conditionalis, si nuptiæ sequantur: ac proinde ad mulierem, quousque nuptiæ sequantur, damnum aut commodum expectat, quamuis maritus dotem habeat & possideat, ut in dicit. legibus cauetur, & late per Couart. in suis Practic. Quæstionibus. c. 28. n. 5.

Tertium, quod præstat Carol. Molin. de dicit. l. in rebus, C. de iur. dot. vbi mulier, soluto matrimonio, etiam pro re æstimata compit rei vendicatio, nihil ob est, quoniam lex illa loquitur, & pro-

cedit in rei vendicatione vt in subsidiam propter concursum aliorum creditorum, ne mulier indota remaneat, & sic speciali favore dotis, ut dicunt ibi Doctores, & sic nuncupatum Amodeus vbi supra, ad fin. & nihilominus tunc inquit text. quod secundum legum subtilitatem præd. bona æstimata in dotem data peruenire videntur, atque transmittunt fieri in patrimonium mariti.

Quartum & vterius, quod ex præcedentibus suis dicitis infert Carol. Molin. vbi supra, quod in præmissa specie de emphyteusi æstimata data in dotem non debeatur laudemium, nisi in fine, soluto matrimonio, consummata venditione per electionem pretij, iam corruit ex supra nobis probatis: Deficiente autem in fundamento corruit ædificium, cap. cum Paulus 1. quæstio 1. cum similibus, præterquam, quod opinio singularis Molinæ præfata, est contra communem, & ideo cum merito improbat Amodeus, vbi supra dicit. quæst. laudem. 29. ad finem, quem post hæc scripta vidimus, nec non: & Aluar. Valasc. vbi supra in tome, de emphyteusi, quæst. 113. num. 4. cum sequentibus dicit. ensium. 8. in fin. quod declaratio Carol. Molin. vbi supra, ad communem de qua supra, nec est vera, nec seruatur in praxi.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur ex interesse soluto pro non adimpleto contractu principalis, & numeris sequentibus, præcipue, num. 4.
- 2 Contractus omnis recipit formam, & denominationem, à modo contrahendi, non vero, à modo implendi.
- 3 Interesse, quod ob non implentem contractum soluitur, non est pretium, quod venditionem efficit.
- 4 Interesse subrogatur loco falli non adimpleti, & subrogatum debet soluere naturam subrogati primordialem, non vero accidentalem, qua postea casu superuenierit.

Q V Æ S T I O XXVI.

An ex interesse soluto pro non adimpleto contractu principalis debeatur gabella?

Hæc quæstio intelligenda est quando ex contractu principali non adimpleto non debeatur alias gabella, nempe mutui vel alterius innominati: & videtur adhuc ipsam deberi, quia loco pretij soluitur interesse: sed contrarium proculdubio est verius, & in praxi tenendum, fraude tamen cessante, sequentibus, fundamentis, & iuridicis rationibus.

Primo, quia omnis contractus recipit formam, & denominationem à modo contrahendi, non vero à modo implendi, iuxta glof. in l. si inter. ff. de part. & in l. si quis cum debitor. ff. de iur. iur. Angel. in liuisgenium in princ. ff. de part. Bartol. & Alexand. in l. cum mora. C. de transact. Salycet. in l. cum proponas, num. 6. C. de dol. Dare autem, ut fiat, non est venditio, ex qua solum, & ex contractu permutationis debetur gabella iure nostro Regio per l. 1. & 2. tit. 17. hoc lib. 9. noia Coll. Regia: Ergo ex solutione eius, quod interest ob non adimpletum contractum principalem à solutione gabellæ immunem, ipsa non debetur.

Secundo,



Secundo, quia re vera interesse, quod in hac specie soluitur, non est pretium, quod venditionem efficiat, quia non datur pro re, sed ratione damni ob non impletum factum, vel non redditum mutuum: & quia alias pretium commensuratur rei, pro quo venditur ipsa res: At interesse excedit eam, & plerumque plurimum, denique pretium est certum, prout esse debet, alias non est venditio: At interesse est incertum, & variabile, item pretium non augetur, nec minuitur: Interesse autem habet tractum successuum, in quo ob moram crescit, & ob damna emergentia, & lucra cessantia.

Pretium præterea oritur immediate ex ipso contractu emptionis, & venditionis, Interesse autem ex mora, vel facto contingente post contractum: Pretium nascitur ex conventionem, interesse vero ex promissione legis, quod vltimum dicit Bartol. in l. cum stipulatus. num. 4. ff. de verborum obligationibus. Decius in l. semper in stipulationibus. num. 5. ff. de reguliur & constant hz omnes differentie ex Doctoribus in Lunic. Cod. de sentent. que pro eo, quod inter profertur quamvis in eo, quod interest, includitur valor rei, quam dedit contrahens, qui ex sua parte adimpleuit: quo respectu text. & Doctores in lege prima, Cod. de his, qui a non domin. manum. decidunt, pretium esse interesse, sed hoc verum est, & procedit materialiter scilicet, vel materia eius, quod interest: non vero formaliter, vt id, quod interest, sit forma pretij: formaliter namque pretium, & interesse inter se differunt specie.

Tertio quia interesse subrogatur loco facti non adimpleti, & subrogatum debet sapere naturam huiusmodi facti, in quo late distinguit Bartol. in l. 1. §. hac actio. num. 1. ff. si quis testam. liber. esse iuss. fuer. & hoc intelligitur de natura primordiali, non vero accidentali, que postea casu su peruenierit, gloss. in l. certi conditio in principio, glossa magna, verb. ex omni c. Luffe in fin. ff. si cere. per. quam sequitur Baldus in l. si cum §. qui iniuriarum, num. 3. ff. si quis cau. & testatur communem ibi Ioan. O. ofc. num. 5. eandem glossam, sequitur ibidem Bartol. scilicet, in dict. §. qui iniuriarum: num. 3. dicens, multum notabilem. & non alibi, & inquit Paul. de Castro ibidem num. 14. per omnes teneri illa gloss. & ideo sequetur naturam facti, vt non sit pretium, sed causa: iuxta distinctionem Bald. in lege prima, colum. 1. numero primo, Cod. de actionib. & obligationib. & sic, quod non constituat venditionem: non enim æstimatorius eius, quod interest in proposito ex mutuo consensu debitoris, & creditoris proficitur, & soluitur, sed ex natura prioris contractus.

Quarto, quia ea actio, qua interesse petitur, personalis quidem est: at licet æstimatorio litis in additione personali venditionem faciat, vt in lege prima ff. pro emp. & in l. litis æstimatorio, ff. eodem titul. Lassar. de decim. vend. cap. 11. num. 1. in actione tamen personali est interesse, non vero pretium secundum Bald. in litem si fundi, quæst. 5. ff. de usufruct. & proinde gabella non debetur, vt resolutimus supra quæst. 23. num. 33. quibus hæc nostra sententia vera efficitur, quam simpliciter tenet loquens in contractu mutui Lassar. d. cap. 16. numero. 16. vbi recte sic obseruandum esse ait, nisi fraus aliqua occultande venditionis eo contrahendi colore ex aliquibus coniecturis delegatur (intellige sufficientibus) quia tunc id, quod vere actum erit, obseruabitur ex l. 1. titul. 17. hoc lib. 9.

Tunc autem fraus probata videretur, si tractatus de vendendo præcederet propinquus valde ipsi contractui simulato, vel etiam tractatus simulandi gabellam, vel si factum adimplendum adeo parum vile esset danti ob id rem suam, vt verisimile non sit, eo motum fuisse dantem, sed vt pretium reciperet, quod postea sub nomine interesse sibi præstatur, vel si adeo faciliter illud factum adimpleri poterat, vt inde euadens sit, consulto, & affectare procuratum fuisse factum non adimpleri, vel per contrarium, si adeo difficile impleri erat, vt principio constaret necessario, & præcise deueniendum esse ad pretium, vel pecunias, hoc est, ad interesse, dum tamen hi numeri commensurentur pretio rei date ob factum: Si enim aliud esset, nempe, vel numos valde excedere, vel minuetur verum pretium rei data, potius coniectari posset, non esse venditionem, ac proinde gabellam non deberi: Non enim verisimile sit, si partes de venditione agerent, emptorem plus isto pretio dare pro re sibi data, nec venditionem minus recipere, si hoc plus, vel minus excedit quantitatem gabellæ soluenda, vel si ei adæquabat.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella debetur ex permutatione vnius rei cum alia, & num. scum sequi.
- 2 Statutum, vel lex disposens, gabellam debet i ex venditionibus, extendi non debet ad permutationes.
- 3 Statutum permitens consanguineo retrahere rem venditam, non habet locum in permutatione.
- 4 Statuta loquentia in venditionibus, non habet locum in permutationibus, nisi fraus interuenierit.
- 5 Permutatio vicem venditionis obinet, vt hic late probatur.
- 6 L. 2. tit. 17. lib. 9. Noua Collectionis Regia præcipiens, que delos trueques se pague alcuala, moribus totius Regni est admisa in praxi & quid non disponat, num. 7.
- 7 Laudemium debetur de permutatione.
- 8 Euphyteusa licet non teneatur requirere dominum, at velis permutare, tenetur tamen postquam ipse permutauit cum alio, requirere dominum vt illum inuestiat, & in possessionem ducat, & pro isto laudemium accipere debet.

Q V Æ S T I O XXVII.

Circa intellectum, & praxim gabellæ soluendæ ex permutationis contractu.

LEX tit. 17. hoc lib. 9. nouæ Collectionis Regiæ ita cauetur: Porque los trueques y las ventas se den en uizgar por vna misma cosa: Mandamos que de todos los trueques que se hizieren de vnas cosas a otras semejantes y no semejantes, quisier interuenga en ello dinero, o no que de todo se pague el alcuala a nuestro arrendador, si el o cogedor, siendo cada vna cosa apreciada por lo que vale y que lo aprecie el alcalde, o juez que conociere de la causa de la dicha alcuala, o otro hombre bueno a quien el dicho juez lo coneciere, y la alcuala, lo que se montare en ello a respo de diez vno, se pague al dicho nuestro arrendador a los plazos en que se ha de pagar el alcuala de las ventas solas penas en que incurren los que no la pagan.

Sed

Sed imprimis pro ratione dubitanti contra decisionem huius nostre, sic in iurgo. Ius hoc precipiendi gabellæ, Regibus nostris ab initio concessum, tantum fuit in communis Regis ex venditionibus: non vero ex permutationibus, vt constat ex ordine in chronico supra, quæst. 21. citatis: ergo tanquam res odiosa extendi non debuit ad permutationes extendi non debet, quia per venditio, & permutatio diuersi contractus sunt, & tanquam species oppositæ, vt constat ex l. ff. de contrahen. emptio. & l. 1. ff. de rerum permur. & l. fin. ff. de condit. caus. dat. & ex l. naturalis. §. si quidem ff. de præscript. verb. & vbi que Doctores notant: & in specie Battach. de gabell. 3. par. 8. parisi. principal. num. 3. quem ad hoc refert Lassar. de decim. vendi. Tyber. Decian. respons. §. 9. num. 1. vol. 1. quem refert Azucud. in hac l. 2. nu. 10. Sic etiam statutum permitens consanguineo retrahere venditam non habet locum in permutatione: vt tenent plures, quos refert Tiraq. de retr. lig. §. 1. gl. 14. nu. 29. & 35. vbi eam opinionem sequitur, quando permutatio sit sine fraude, secundum Ioan. Igneum in repet. l. dudum, col. accepit. in vers. sed an is qui prohibetur, & multis seq. C. de contrah. emptione & alios quos ibi allegat, vbi, quomodo in specie cognoscitur, fraudem admittam fuisse. Et supradict. est receptor sententia, & iure nostro Regio in materia retractus iure sanguinis approbata in l. 7. tit. 11. lib. 5. nou. coll. Reg. ibi: Por otra heredad trocar, secundum Marien. ibi. gl. 10. num. 1. vbi num. 9. cum communi limitat, quando permutatio fiet in fraudem, & ibi Azened. 30. Imo, & generaliter dicunt DD. statuta loquentia in venditionibus non habere in permutationibus nisi fraus interuenierit, vt constat ex Tiraq. vbi supra num. 30. Semper enim alius venditio proprie sumpta (prout sumi debet in statutis) non comprehendit permutationem, vt patet ex text. in c. 1. vbi id nuncupatum notat Abb. in 1. notab. de his que sunt a prælat. & voluit etiam Bald. in l. cum hi §. si cui. ff. de tran. fact. in prima lectur. quos refert & sequitur Tiraq. vbi supra, num. 31. Idem igitur dicendum videbatur in materia nostra gabellarum præmaxime cum, ipsa sit odiosa & stricte intelligenda, vt sæpe docuimus, & quia diuersis nominibus nuncupantur hi duo contractus, nempe, emptionis & venditionis, ex vna parte: item, & permutationis ex alia: & quia si procuratores suorum Regnorum, qui hoc tributum primitus concesserunt ex simplicibus venditionibus, vellent etiam concedere ex permutationibus, hoc expressissent, cum nulla difficultas esse hoc exprimendi, non expresserunt, neque concesserunt ex permutationibus, sed tantum ex venditionibus, igitur l. nostra hæc secunda procedere non potest.

His tamen non obstantibus, ipsa contrarium deciderit, ea subnixâ ratione decidendi: Porque los trueques y ventas se den en uizgar por vna misma cosa, quod iure communi probatur.

Quia permutatio vicem venditionis obtinet l. 2. C. de rerum permur. quod ideo esse explicant ibi gl. & Doctores communiter, quia multi, & iidem est. etus ex vtroque resultant, nempe causa præscriptiois, euictio, & redhibitio: & certe in se ipsis similes ac vicinos esse eos contractus, ait Iuriscultus in l. 2. ff. de rerum permur. Denique verisimiliter contractus vnus est, & idem finis propter quam a iure gentium ambo inuenti sunt, sci-

licet, vt vtilia nobis inutilibus acquirereamus, vt inquit Iurif. consultus in l. 1. ff. de co. irabem. emptio. Vtroque enim contractu, sine vendentes, sine permutantes, id agimus, vt res nostras non tam viles, secundum temporum, ac rem necessitates, alienemus, & alienas nobis vtiliores à quiritamus; quod nullo alio contractu ita contingit, prout recte explicat text. in pr. tit. 6. par. 5. Vterque enim permutantium, quam emptoris, & venditoris loco esse videtur, vt alias dixit Iurif. consultus in l. sciendum, vers. sed si quis permutauerit ff. de edit. edict. Quisimo, vt probatissimis autoribus deducit Tiraquell. de retrati. signag. §. 30. gl. 1. num. 19. verb. permutare accipitur pro vendere, ideoque præd. dict. l. 2. Porque los trueques, y las ventas, se den en uizgar por vna misma cosa, sufficiens visa fuit, vt vel ita a principio in istius tributi origine, & concessione caueretur, vel postea lege lata per Reges nostros ad cotandas fraudes, quod de venditione erat inductum ad permutationem extenderetur, vtrum autem horum factum sit, non bene constat, vt inquit Lassar. dist. cap. 17. num. 2. & prius in schol. ad dist. l. 2. etiam num. 2. sed legem nostram finem habuisse ad obuiandum fraudibus constat ex ea in suo originali antiquo, nempe l. 10. 2. del. Quaderno de las alcualas, ibi dum dicit: Porque en los trueques que se hazen, encubren algunos el alcuala, y no la pagan, &c.

Dispositio autem facta ad obuiandas fraudes est fauorabilis, lateque debet interpretari, vt infra dicemus: Sed neque hæc ratio sufficiens videtur, siquidem ob fraudem aliquorum malorum hominum regula in contrarium fieri non debebat, nec dectis generaliter, quod ex permutationibus omnibus soluatur gabella, cum ipsa sit res odiosa, onus, & impositio præter voluntatem & intentionem concedentium. Nec obstat videtur, quod permutatio sit similis venditioni, vt prædiximus, quia omne simile non est idem.

Nihilominus tamen illud palam est, nunc moribus totius Regni id fuisse, ac esse admittum, ac in praxi vigere, quod ex permutationibus soluatur gabella, iuxta decisionem dict. l. 2. & prius dict. l. 102 del. Quaderno de las alcualas, vt proficitur Parlador. lib. 1. rerum quonidianarum cap. 3. §. 2. num. 22. ad finem: Ergo tacitus hic consensus inueteratus Regni, vt de permutatione soluatur gabella, idem nunc operari debet, quod expressus a principio induxit in venditionibus. Eadem enim Regna, quæ primum ius gabellæ concesserunt, postea eam concessionem interpretata sunt, vt de permutationibus quoque gabella soluatur, quæ consuetudo interpretatiua prioris concessionis maximam vim habet, & obseruari debet, iuxta late à nobis explicata, inreque probata, lib. 1. prædictar. quæstione 62. num. 25. 26. & 27. Tandem lex nostra recepta fuit ab his Regnis, esseque in viridi obseruantia, & ideo ligat: quæ per licet nona visa fuerit Montalno in l. 2. in glossa, Con operibimienta, in fin. tit. 4. lib. 3. for. in eo magis noua esse videtur, quod nouum modum exigendi gabellam ex permutatione præferbat ad euadendas fraudes, vt ipsa ait, quam in eo, quod generaliter permutationis gabellam solui præcepit, hoc enim tanquam ius antiquum relatum est vt satis ex ferie nostre l. constat, & perpendit in specie Lassar. dist. ca. 17. num. 2. Hinc est vt de permutatione, quoque debeatur laudemium, vt late per Amodeum de Ponte, quæstione laudem 28. per totam, & Ludouic. Peguer. in repositio. cap. 1. secm. ne super laudemio, ampliat. 14. num. 87. dicens, quod etiam si



si emphyteuti non teneretur requirere dominum, an velit permutare, tenetur tamen, postquam ipse permutavit cum alio, requirere dominum, ut illum inueniat, & in possessionem doceat, & pro istis landemium accipere debent: in terminis statuti præcipiantis, quod de qualibet compra solvatur gabella, ut de iure communi habeat locum in permutatione, probat Firmian, ubi supra n. 1. neque ipse ibi n. 3. allegatus pro contraria parte eam tenet, ex quo nostræ l. 2. decisio remanet, tam iure communi attentio; quam communitotius Regni receptione, & observantia satis comprobata.

Nec obstat, quod in permutatione non habeat locum retractus, secundum receptionem sententiam supra adductam, quia in eo iure communi attentio, sunt opiniones, & iure nostro Regio probata est opinio negativa: ut prædiximus: At vero in nostra specie gabellæ probata est opinio affirmatiua, tanquam vsu, & tacito consensu totius Regni probata.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella à quo tempore debet incipiat in permutatione?
- 2 Gabella venditionis debetur statim, quod emptor & venditor de pretio conveniunt, quia tunc perficitur venditio ante traditionem.
- 3 Permutationis contractus minime mutuo consensu perficitur, sed tunc domum cum res permutatæ traduntur, & ideo ante traditionem hinc inde sequitur tametsi locus penitentia.
- 4 L. 2. tit. 17. lib. 9. novæ collectæ. Reg. præcipiens, quod permutatione solvatur gabella, de permutatione valida, & perfecta intelligenda est.
- 5 Gabella ex contractu nullo, & sic non perfecto, non debetur, idem in laudemio: adeo, ut si solvatur competat solvendi repetitio, & conditio indebiti, ut in n. 6.
- 7 Gabella, attentio iure communi, non debetur, nec peti potest ex permutatione ante traditionem rerum, hinc inde factam nec etiam si ab una tantum parte fuerit sequuta, quousque ab utraque parte fuerit opere completa: nec debetur penitentia sequuta.
- 8 Gabella permutationis, attentio iure communi, debetur domino, vel gabellario existenti tempore traditionis, & implementi, non vero ei, qui talis erat tempore contractus permutationis.
- 9 Gabella, attentio iure nostra Regio, an debeatur ex permutatione, ante rerum traditionem, & num. sequen. resolvitur affirmatiue.
- 10 Penitentia in contractibus innominatis, ad hodie attentio iure nostro Regio locum habeat, ante implementum, & traditionem rerum: & numeris sequen. resolvitur negativè cum veriori, & receptiori sententia.
- 14 Gabella non debetur ex conventionione, & promissione formalis permutandis, sed ex ipsa permutatione facta, ut hic.

Q V Æ S T I O XXVIII.

A quo tempore in permutationibus incipiat gabella deberi?

Quæro circa eandem l. 2. tit. 17. hoc lib. 9. an ex huiusmodi permutationibus incipiat deberi gabella & exigi possit statim, quod permutantes in

no consensu conveniunt permutare res suas ante traditionem earum, vel requiratur ipsa traditio ab utraque parte ad hoc, ut gabella debeatur, & peti possit.

Et profecto magna differentia est in proposito, saltem attentio iure communi, quoad perfectionem contractus, inter emptorem, & venditionem ex una parte, & per mutationem ex alia. In primo enim statim, quod de pretio emptor, & venditor conveniunt perficitur venditio, ac proinde debetur gabella ante traditionem, ut late probavimus supra, quæst. 7. Contractus autem permutationis minime mutuo consensu perficitur, sed tunc demum, cum res permutatæ traduntur. Vnde ante traditionem hinc inde sequuntur ex natura contractus recedere possunt ab eo permutantes verbis, penitentia ducti, cum non fuerit contractus ipse perfectus, ut in l. 1. ff. de rerum permut. cuius verba sunt hæc: Alioquin, si res nondum tradita sit, nudo consensu constituta obligacionem dicens, quod in his duntaxat receptum est, quæ nomen suum habent, ut in emptio, venditione, conductio, mandate: Idem probat l. ex placito Casdem tit. & l. 1. ad finit. 6. par. 5. Nec sufficit, quod vnus tradat, nisi, & alius quoque tradiderit, quia per traditionem vnus non erit permutatio, ut late probat Fortun. Garl. l. iuris genium, in prin. fol. 2. s. ex col. 4. in fin. ff. de pact. quem refert & sequitur Lassar. de decim. vend. c. 17. n. 3. & 34. ad fin.

Ergo ex permutatione ante implementum vtriusque partis non debetur gabella, quia nostra l. Regia statuens, ut ex permutatione gabella solvatur, de valida, & perfecta intelligenda est arg. l. 1. §. hæc autem verba ff. quod quisque iur. & l. 4. §. condempnatum, & ibi communiter DD. ff. de re iudic. l. non putavit. §. non quavis ff. de bon. poss. contra tabul. l. 2. in fin. ff. quemadmodum. test. aper. l. filium. §. si quis bonorum. ff. de leg. præstana. Idem consuetudine loquente de venditione vel permutatione, quod intelligi debeat de valida per præd. iura præbanit Carol. Molin. infra statim citandus. Ex contractu enim nullo, & sic non perfecto non debetur gabella, quæ alias per l. vel statuti ex contractu debeatur, l. 2. ubi Bal. & Salye. C. de enuch. Bar. in l. vlt. §. in autem, & ibi quoque Bald. in §. sed quia nostra maiestas, col. 1. vers. sic querit. hic etiam Paul. de Castro, col. 2. Cornutus, col. 2. Iaf. col. fin. Commun. de leg. Betrach. de gabell. in 5. par. n. 7. & in 3. memb. §. par. n. 15. Carol. Molin. consuet. Paris. l. par. §. 22. n. 32. vbi plurima congerit, sequitur, plures allegans, Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glof. 2. n. 7. & de reira. convention. §. 6. glof. 2. n. 5. & utrobique idem sentit in laudemio Rolandus à Valle consil. 46. n. 39. lib. 1. est communis secundum Lassar. de decim. vend. c. 14. n. 1. Et in terminis gabellæ de qua agimus, quod ipsa non debeatur ex contractu nullo, id probat Averdun. respons. l. 3. n. 3. & Gomez in l. 6. §. Tauri, n. 14. Montalau. in l. 3. glof. fin. tit. de las vendidas lib. 3. for. Castell. in l. 76. Taur. in glo. Y. et alcanada, Didac. Petez in l. 1. tit. 7. lib. 5. ordin. colum. 106. cum Segura, quem refert, & Parlad. lib. 1. rerum quoad. cap. 3. n. 35. & 36. Mexia in l. Regia Tolet. in 2. par. fundamento 5. n. 10. Ioan. Garl. de expens. & melior. c. 18. n. 48. Attas Pinel. in l. 2. C. de rescindend. vend. 2. par. cap. 3. n. 35. an fin. Matiençin l. 7. tit. 1. glof. 3. n. 20. lib. 5. non. Collectæ. Reg. est que vetera, & tenenda sententia, secundum Lassar. ubi supra, refert plures, & sequitur Girond. de gabell. §. par. in princip. n. 25. cum seq. 7. Adeo, quod si ex contractu nullo solvatur gabella, vel laudemium, competit solvendi repetitio, & conditio indebiti, ut probat Ioan. Garl. ubi supra n. 47. quæ sequitur Girond. in d. §. par. n. 7.

Quibus

Quibus sit, ut attentio iure communi, procul dubio gabella non debeatur, nec peti possit ex permutatione ante traditionem rerum permutatarum hinc inde factam, nec etiam si ab una tantum parte fuerit sequuta, quousque ab utraque parte sit opere completa permutatio, similiter non debetur gabella penitentia sequuta, ut constat ex Mench. lib. 1. controuers. vsu frequen. ca. 1. l. 1. num. 2. i. qui hoc vltimum tenet, quem refert, & sequitur Lassar. d. c. 17. n. 25. & iterum num. 34. vbi vtrumque probat, & primum probavit prius Parlad. d. cap. 3. §. 3. num. 35. & ante eos Carolus Molin. d. §. 22. num. 10. quem, & alios plures referens idem proculdubio probat Girond. d. §. par. in prin. n. 1. 2. & iterum in 9. par. in prin. n. 5. & 7.

Vnde gabella in præcedenti specie debetur domino loci, publicano, siue gabellario existenti tempore traditionis, & implementi, non vero ei, qui talis erat tempore contractus permutationis, secundum Lassar. d. cap. 17. num. 44. cum seq. aduersus Ant. Gom. variat. resolut. 2. tom. cap. 8. de contract. innomin. num. 2. vers. tertius effectus, quem sequitur Parlad. d. cap. 3. §. 3. num. 35. ad fin. sed opinionem Lassar. præd. probat, dicens esse mirabile in praxi Girond. in d. 9. par. prin. n. 5. in fin. & num. 6. & Molin. Theolog. in 2. tom. de iustit. & iur. dispositio. 397. col. 1. n. 93. & seq. hæc attentio iure communi.

De iure nostro Regio, non parum dubium est, an gabella debeatur statim facta permutatione ante traditionem hinc inde sequutam, stante l. 2. tit. 16. lib. 5. nou. coll. Reg. quæ cauetur: Que præcedendo, quæ aliquo se quis obligat a otro por promission, o por algun contrato, o en otra manera, ser tenendo de cumplir aquello a que se obligo; y no pueda poner excepcion, que no fue hecha stipulation, que quiere dezir prometimiento, con cierta solennidad de derecho, & c. Ex hac namque lege videtur superiora omnia iure communi tradita esse correctæ. Si siquidem omnis promissio obligat, quamvis stipulatio non intercesserit. Ergo comprehendit contractum permutationis, & ceteros contractus innominatos, etiam ante traditionem, & sic cum promissio sit valida, non erit locus penitentia: ante traditionem, ut resolvimus in nostro tractat. de iuram. confirmat. 1. par. cap. 25. num. 1. & est verior, & communior sententia, secundum Azeved. in d. l. 2. num. 13. tit. 16. lib. 5. & in l. 1. num. 5. cum seq. tit. 2. lib. 4. & in l. 2. num. 13. tit. 17. lib. 9. Si igitur promissio, & sic permutatio verbalis est valida, ita quod non sit locus penitentia, perfectus contractus ante traditionem, & debetur statim ab eo gabella gabellario præsentanti, non expectato tempore traditionis, nec illius temporis gabellario, sicut in venditione perfecta ante traditionem resolvimus in contractu præcedenti, vt tenet, & probat late Azeved. in d. l. 2. num. 13. cum sequen. tit. 17. hoc lib. 9.

Secundo, pro hac eadem parte considero l. 2. tit. 17. hoc lib. 9. nou. collectæ. Reg. quæ præcipit: Que de todos los trueques se pague alcavala, simpliciter, & indistincte loquendo: nulla facta mentione de traditione, sed tantum: Que de todos los trueques que se hizieren de unas cosas a otras se pague alcavala: ea forsan ratione, quia cum hæc sit notior multo illa secunda, tit. 2. lib. 5. nou. collectæ. Reg. pro constituto habuerit ex sola promissione permutandi, hoc est, ex ipsa conventionione de permutando orti obligationem præcisam adimplendi illam conventionem, correcto iam iure communi, quod traditionem rerum requirebat

ad hoc, ut contractus hic irrenocabilis ferret: Alias enim si hoc iupium in causa non fuisset traditionem rerum exigeret, ut necessarium requisitum ad validitatem permutationis, prout foret, si non haberemus decisionem, d. l. 2. tit. 16. lib. 5. sed standum esset iuri communi, quia l. nostra. 2. tit. 17. hoc lib. 9. dum simpliciter, deberet tunc intelligi iuxta ius commune, de permutationibus perfectis & validis, irrenocabiliter sequuta hinc inde traditione: Attamen cum hodie ad perfectionem, & irrenocabilitatem conventionis, cuiuscunque, & præsertim permutationis non requiratur traditio, sed statim ea conventio, siue promissio obliget irrenocabiliter, vt prædiximus: consequitur, legem nostram de solvenda gabella de permutatione loquentem, verificari sufficienter in conventionione de permutando perfecta omnino, cum omnibus suis conditionibus ante traditionem, & ideo videtur, consulo omnifilisse traditionem, cum ea hodie non sit necessaria ad valorem, & perfectionem irrenocabilem permutationis, sed tantum nuda conventio, alias omnino perfecta, ideoque lex nostra contenta est loqui generaliter: De todos los trueques que se hizieren de unas cosas a otras: hodie namque efficitur permutatio ante traditionem, quamvis, iure communi attentio, aliud esset decilum.

Tertio, quia quando permutatio fiebat per stipulationem solemnem cessabat etiam iure communi dispositio d. l. ex placito. Cod. de rerum permut. vt in ea cauetur, sed hoc die promissio pacto nudo facta valet, ac si præd. stipulatio solennis interuisset, vt in d. l. Regia. 2. tit. 16. lib. 5. expresse cauetur. Ergo habemus intentum.

Quarto, accedat alia non infima ratio assumpta pro hac parte ex principio eiusdemmet l. 2. tit. 17. lib. 9. dum dicit: Porque los trueques y las ventas se den en un gar por una misma cosa mandamos, que de todos los trueques & c. quæ ratio (vt patet) mouit Legislatorem ad stabiliendum, quod ex omnibus permutationibus solvatur gabella: Ergo idem ius statui debet in eis, quod in venditionibus: sed in his pure celebratis statim debetur gabella ante traditionem, ut resolvimus procul dubio supra q. 7. ergo, & in illis: Pnes estan equiparadas anas cosas con otras, en quanto a esto, tunc ex identitate rationis, iuxta l. illud cum similib. lib. ff. ad l. Aquil. tum etiam ratione æquiparationis, quod argum. in iure est validum, ut per Bucard. in sua censura legal. loco. 43. à pari, & c.

Quo fit vt incredibile omnino videatur, stantibus his verbis, & identitate contractum, præmaxime stante d. l. 2. tit. 16. libro. 5. quod iure possit aliud dici, aut teneri, quam quod iuxta has leges nostras Regias ex permutatione omnino perfecta alias quam per traditionem rerum debeatur statim gabella ante traditionem hinc inde sequutam, correcto iam iure communi quo attentio probauimus contrarium: & in terminis ita etiam tenet Azeved. in d. l. 2. num. 13. cum seq. tit. 17. hoc lib. 9.

Nihilominus tamen contrarium etiam, a attentio iure nostro Regio, & non obstantibus præcatis l. nou. coll. Reg. voluit, tenet & probat Parlad. lib. 1. rerum quotidianar. cap. 3. §. 3. numero 35. Girond. in locis supra adductis præcipue in d. l. 5. par. n. 1. 2. dum nulla vtriusque iuris facta differentia, tenet gabellam non deberi ex contractu permutationis ante traditionem, sed eos improbat merito Azeved. ubi supra.

Quare Lassar. d. l. cap. 17. n. 28. cum sequen. H perpen



pendens difficultatem huius articuli nec non, videtur. (quo i. Mencha de successione. lib. 2. §. 1. 2. num. 64. quæ sequitur Menel. in naturalis. §. 1. um. 19. ff. de præscrip. verb. tenet aduersus frequentem nostrorum sententiã, nempe, quod imo d. l. 2. tit. 16. lib. 5. nou. collect. Regie, nihil immutatum fuerit in contractibus innominatis, quorum obligatio respectiua est. sed quod tantum loquatur & procedat ea lex in obligatione simplici, & quod huius quoque opinionis fuerit Greg. Lopez libri contractus, in l. 1. in gloss. gran. pro titulo 11. par. 5.) mediam in hoc passu, & in terminis nostræ principalis quæstionis amplectitur sententiã, & quã ab omnibus accipiendam putat bimbem- nempe, quod aut in permutatione incipitur à re, vel à conuentione de permutando: si à re, vt quia absque vlla promissione, sed tractu quodam habito in præfatione contractus de re mea cum tua permutanda, statim rem meam, veluti hanc mulam dedi tibi, vt tuam, veluti equum mihi dares, profecto antequam tu des mihi equum, ego tibi nulla obligatione teneor, quia nihil promisi, nullaque causa abest, ex quo obliget, cum adhuc ego nullam rem acceperim, sed tu solus obligaris rei interuenit, eo quod rem meam acceperis, vt tuam dares. vt in l. iuris gentium in princip. ff. de pact. l. 1. ff. de rerum permutation. ac proinde possum penitere, ex l. si pecuniam. ff. de condit. caus. dat. & hæc penitentia locum habet etiam, attenda l. 2. titulo 16. libro 5. noua collection. Regie, secundum ipsum eo quod lex illa loquitur, vbi quis se obligare voluit: hic autem ex mea parte nulla est obligatio, nec vllus animus me obligandi, quia nihil promisi: sed statim feci, quod eram promissurus, solumque obligor ad euictionem rei à me tradite, sequito adimple- mento alterius partis per traditionem rei suæ: Vnde in præmissa priori specie tenet auctor hic Las- sarte gabellam deberi non posse, quasi ex imper- fecto contractu, etiam iure Regio, ex supra dic- tis: & quod ita procedit opinio Menchæ, & Men- seli, & Grego. Lopez. vbi supra, contra priores supra citatos.

Quod si à promissione de permutando incipiamus sicut fit in specie dict. leg. ex placito. Cod. de rerum permutation. non habet locum hodie absque dubio penitentia: & statim gabella debetur dam- modo de modo faciendi permutationem omnino, & perfecte conueniat, nempe, vt rem meam ta- lem dem tibi pro tali re tua cum tali, & tali con- ditione: etiam si ab ea postea discedamus vel traditio à neutra parte lequuta fuerit, attenda dict. l. 2. tit. 16. libro quinto. nou. collect. Reg. quæ hoc casu verificatur, vt probat late Lassart. dict. cap. 17. n. 30. cum seq. & n. 36. cum pluribus sequent.

Quid tenendum? Ego priorem partem in primo casu Lassarte tenendam esse confesso, nempe, vt hodie attentis prædict. leg. Regis ex contractu per- mutationis statim celebrato ante implementum vtriusque partis, & etiam si ab vna parte sit se- quitum implementum, antequam ab altera fiat, sic contractus perfectus & irrenouabilis, ac proinde statim debetur gabella publicano illius temporis, non ex perfecta traditione, & adimplemento alte- rius partis, quia in contractibus innominatis in nostro Regno non habet locum repetitio, ex capite penitentia, vel causæ non sequitur: sed pars potest agere contra alteram partem, non adim- plentem actione ex ipso contractu, & remedio competenti ad obseruantiam contractus, vel ad interesse, sicut quando iure communi interuenit

stipulatio, vt habet verior & receptior sententiã, quam supra tenuimus, & bene cum aliis probat Anton. Gomez 2. tom. c. 8. de contract. innomin. n. 5. vers. ex quibus. Vnde si sua voluntate pars, quæ adimpleuit, velit recedere à contractu permuta- tionis, hoc nocere non debet fisco, cui ex illa conuentione perfecta permutationis fuit ius qua- situm ad gabellam. Et ita merito secundum Anton. Gomez ibi n. 5. in fin. gabella in hac specie soluenda erit primo gabellario, qui erat tempore præfa- tæ conuentionis, non vero ei, qui erat tempore traditionis, quem sequitur Parlador libro 1. rerum. quotidianar. dict. cap. 3. §. 3. n. 35. ad finem. quorum opinio iure tantum Regio sustineri potest: secus vero atento iure communi per supra, dicta, & hæc quoad primum casum Lassart.

Quoad secundum vero casum Lassart. nempe in 14 conuentione & promissione de permutando formali teno contra ipsum, imo quod indistincte de promissione sola de permutando non debeat gabella, nisi sequatur ipsa permutatio vel traditio, quia præfata l. Regia. 2. huius tituli 17. de permuta- tione ipsa præcipit, soluendam esse gabellam, non vero de promissione de permutando quantum- cunque formali: Ergo ex ea non debetur gabella, quousque permutatio ipsa fiat, vel vtriusque tradantur, non enim antea permutatio est, nec perfecta esse intelligitur, etiam secundum com- munem & vulgarem loquendi vsum vt patet, quic- quid contrarium dicat Lassart. vbi supra n. 38. At quod in præmissa specie partes obligentur, & compelli se possit. atento nostro iure Regio, adim- plendum contractum ipsum permutationis, nihil obest: siquidem antequam celebratur, saltem ver- bis, ipse contractus permutationis de præsentibus non dicitur facta, nec perfecta permutatio ad effectum, vt debeat gabella, nisi & postquam ipsa fuerit celebrata, vt prædiximus.

Et ita hanc partem contra Lassarte, merito probauit late Molin. Theolog. in 2. tom. de iustitia & iure disputatione. 397. in versicul. mihi vero columna 952 cum sequenti, & Azued. in dict. leg. 2. n. 18. & 19. vbi recte hoc declarat, nisi constituerit de vero partium consensu, volentium, permutatio- nem esse factam, etiam ante traditionem, tametsi Azued. alleget pro hac parte Lassart. vbi supra, sed re vera Lassarte tenet, quod prius diximus.

Quibus fit, vt cum gabella non debeat in hoc 2. casu nisi ex ipsa vera permutatione, vel traditio- ne rerum illa, quæ tunc debetur, pertinebit ad ga- bellarium, vel dominum illius temporis scilicet, quo debetur, non vero existenti tempore promissio- nis de permutando, cum tunc nulla debeat, nec deberi incipiat, sed à tempore permutationis, vel traditionis rerum sub præambula promissione de permutando comprehensarum.

SVM MARIA.

- 1 Gabella an debeat ex contractibus innominatis & n. sequ.
2 Trueque verbu de quo in l. 2. ti. 17. li. 9. coll. Reg. quid proprie sit: vbi de verbo, cambio o cambio.
3 Promissio dandi aliquid in genere eorum, qua in pondere, vel mensura consistunt, est contractus generalis innominatus, do vt des.
4 Ea que consistunt in pondere, num. vel mensura possunt promitti in specie, vt hic, imo, & pecunia, vt in n. 5.
6 Homo, bos, equus potest promitti in genere & no in specie

in specie de designata, & erit contractus innomi- natus generalis.

- 7 Genus promitti potest, non tamen datur, nec dari potest, nec possidet, & n. seq.
8 Permutatio fit de rebus certis & signatis tem- pore contractus, & in eo, sed vide n. 10.
9 Gabella debeat ex contractu innominato, do vt des resolutio affirmatiua limitatur, n. 13. cum seq.
11 L. 2. tit. 17. libro 9. nou. coll. voluit fraudibus obuiare, ac proinde est saniorabilis, & late debet interpretari, vt in n. 12.
18 Gabella non debetur de ceteris contractibus innominatis, do vt facias, vel facio vt des, vel facio vt facias, limitatur. n. 10.
20 Gabella vt soluat ex permutatione affirmatiua rerum fieri debet per bonum virum, qui est ipse in- dex vel alius, quem index designauerit, etiam si sit index pedaneus, vt in n. 21. & si aliter fiat non erit nullum, vt in n. 22. vbi quod debet fieri iusto pretio, & statim affirmatiua solus vnus boni viri cum inuamento, vt in n. 23. & in n. 24. an debeant partes citari ad nominationem boni viri faciendam?
25 Estimatores eligendi sunt à partibus cum re- seratione iudicis, de qua hic.
26 Permutantium vnusquisque debet solvere gabel- lam valoris rei, quam receperit: non obstante quod partes alii assignent, vt in n. 27. declaratur n. 28.
29 Gabella non debetur ex parte rei inestimabilis permutata, cum altera re estimabili, veluti sepul- chri, vel capella, vt in n. 30.
31 L. 34. tit. 18. lib. 9. nou. collect. Regia limitatur in casu de quo hic.

QVÆSTIO XXIX.

An ex contractibus innominatis ga- bella debeat?

PRimo, Videamus de contractu innominato do vt des, & postea de ceteris tribus contractibus innominatis, nempe, do vt facias, facio vt des, facio vt facias agemus. Et pro intelligentia huius quæ- stionis, & nostræ l. 2. tit. 17. hoc lib. 9. nou. colle. Reg. obseruandum quidem est, quod trueque, de quo ca- dem l. 2. præcipit, se pague alcuala, proprie est, quædam species contractuum innominatorum consistentium in do vt des: nempe cum datio ex vtraque parte est rei certæ sigillatim designatæ, non vero pecuniæ, & ideo appellatur permutatio glo. & Doctores in l. 1. C. de rerum permutat. & in l. 2. in princip. ff. cert. petat. & in l. 1. ff. de rerum permutat. naturalis. §. 1. ff. de præscrip. verb. quem contra- ctuum leges septem partiarum vocant vulgari nomine, cambio o cambio, l. 1. tit. 6. par. 5. quamuis Latine, hoc nomen cambium generalius sit, com- plectens omnem commutationem, vt tenet Bald. in cap. 1. §. cum autem, num. 1. de contronef. inue- stit. in vrbibus feud. Sed in nostra lingua materna significat tantum permutationem, de cosas cierra- zas, y señaladas, vt dicitur in d. l. 1. T. assi comun- mame se llana vneco, y cambio: præterquam in materia numorum: quia in his licet cambia sint pecuniæ in genere, & incertæ, & sic nomi- nentur permutationes, nihilominus tamen vo- cantur cambia, sed de his cambiis nec gabella de- betur, vt in l. 34. tit. 18. lib. 9. nec de eis est nobis hic agendum.

Cum vero promittimus dari aliquid in genere veluti eorum, quæ consistunt in pondere, nu- mero, & mensura, erit contractus innomina- tus generalis do vt des: vnde hi duo contractus specialis, & generalis, do vt des, non differe- ntia rerum, quæ commutantur, sed tantquam genus & species. Nihilominus tamen ea, quæ natu- ra sua sunt generica, & consistunt in pon- dere, numero & mensura, possunt promitti in specie, veluti cum eorum aliqua quantitas pro- mittitur, quando sunt certa & designata: Como el trigo que esta en la traxea, o granero, y el vino de tal cuba, o tinaja, & hoc potest perire genus autem mi- nime, vt in l. si in rem & ibi glo. C. si certum petat- tur, cum similib.

Imo, & nonnunquam pecunia, quæ potius ref- picit functionem in suo genere datur, vel promit- titur vt species certa, si ipsa pecunia certa sit, & demonstrata, sed est certior, ff. de legat. 1. & l. plane. §. sed est eadem, ff. eodem titulo.

Per contrarium, & ex diuerso promitti potest in 6 genere, homo, bos, equus, domus: & quia pro- mittitur in genere, & non in specie designata, erit contractus innominatus generalis, & non permutationis, vt per Doctores in dict. leg. 2. in princip. ff. si certum petat. & in leg. 1. Cod. de ve- rum permutat. & in l. 1. tit. 9. p. 5. & ibi Gregor. Lopez.

Ideo autem diximus, genus promitti posse, 7 quia ipsum non datur, nec dari potest, nec possi- detur, Iason. in l. adita actio, numero 11. Cod. de adend. vbi quod ideo in eo non cadit in rem actio, & cum perueniat ad implementum ge- neris promissi, iam definit esse genus, & est spe- cies certa in indiuiduo, leg. cum incertus, ff. de legat. 1.

At hoc igitur, vt contractus, qui geritur sit 8 permutatio, res, seu species promissa vel data, debent esse certa, & signata tempore contractus, & in eo: genus autem nec recipitur, nec possi- detur, nec est in vllius dominio, vel loco circum- scribitur, Bart. in l. quod legetur, ff. de iudic. & in l. 3. in princip. ad fin. Cod. commun. de legat. & prædi- stinctionem facit glof. in d. l. 1. C. de rerum permutat. in verbo, postulabis, vbi ab omnibus approbatur gloss. etiam in l. 1. verbo nomen suum, ff. de rerum permutat. & constat ex l. 1. tit. 6. par. 5. & in l. 1. ra- tione la segunda §. diligenter, ff. ad legem Falcid. & tenet Angel. Gomez lib. 2. variar. resolution. cap. 8. in fin. estque communis opinio, vt plures referens testatur Menel. in dict. leg. naturalis. §. & si quidem numero nouo, & Parlador libro primo. rerum quoti- dianar. cap. 3. §. 3. n. 33.

His sic præcognitis, nostræ quæstioni principali 9 respondemus, quod ex contractu permutationis do vt des hoc est, quando species certa datur pro specie certa, proculdubio gabella debetur, vt in nostra l. 2. titulo 17. hoc libro nouo. Si vero conue- niat, vt datur vnum genus pro alio, veluti vinum pro frumento, est contractus innominatus, do vt des: & idem si conueniat, quod datur species pro genere, & tunc, quamuis lex nostra videatur nun- cupatum loqui in contractu permutationis, & sic quando res certa, & designata pro alia huiusmodi datur, nihilominus in hoc generali contractu; do vt des, idem statuendum iure est, nempe, vt ex eo debeat gabella, quia per eum postea per- uenitur ad specialem contractum permutationis, nempe, quia cum perueniri debet ad implemen- tum, res certæ tradende signantur, quia genus ip- sum dari non potest, vt supra probauimus.



Accedat quod lex nostra Regia non vitur vocabulo permutationis, sed nostro vulgati, *trueque*, & apud nos communis loquendi usus, qui attendi debet, vt in l. *Labos, cum similibus, ff. de supellect. legat. habet*, vt hoc nomine, *trueque*, omnes illi contractus innominati do vt des comprehendantur, non enim alio appellantur nomine, & generaliter præcipit l. nostra secunda: *Que de todos los trueques que se hizieren de vnas cosas a otras, &c. se pague alcavala, sicut & comprehenduntur sub verbo, cambio, quod idem sonat*, vt resoluit D. Conar. de numisma. c. 7. n. 4. *verfic. hac sane ratione*, & est expressa l. in ibi, la primera, tit. 6. par. 5.

10 Tertio, quia secundum vniuersalem sententiam vera permutatio fit in quibuscumque rebus, siue certis, siue incertis, specificis, scilicet aut genericis, vt resolut Pinell. in rab. de rescind. vendi. 2. p. c. 1. n. 10. Padilla allegans in l. naturalis. §. & siquidem. n. 9. ff. de præscrip. verb. & Laffar. de decim. vendi. c. 17. n. 7. pro quibus videtur text. expressus, in §. item præsumptio. ibi, *vinum sibi comparasse aut permutatis quibusdam rebus. insinuat de empt. & vend.*

11 Quarto, quia lex 102. del quaderno de las alcavalas, ex qua sumpta fuit l. nostra secunda, huius tit. 17. lib. 6. collect. Reg. voluit fraudibus obuiare, vt ipsamet inquit in sua præfatione, ex qua causa finalis colligitur, ibi: *Porque en los trueques que se hazen en cubren algunos el alcavala, y no la pagan, mandamos, &c.* dispositio autem, quæ fit ad obuiandas fraudes, est fauorabilis, lateque debet interpretari l. 1. §. pecunia. ff. de calumniat. etiam in materia odiosa, cap. si ciuitas, de sententia excommunic. lib. 6. Arctin. consilio 2. numero. *verfic. ad secundum, consilio 77. col. 6. in fin. & consilio 80. columna penult. in fin. n. volum. 1. Ctauet. de antiquitate tempor. 4. par. questio. de indemn. numero 8. 9. & 10. Quæ questio est in fine libri.*

Et in terminis nostræ quæstionis hanc opinionem tenet Ioan. Parlad. dict. cap. 3. §. 3. numero 33. & Laffar. vbi supra, numero 7. Girond. de Gabell. 9. p. §. vnic. n. 5.

13 Limitanda tamen est hæc sententia, quando non datur res pro alia re, sed alteri do rem, vt eandem rem Titio det post aliquod tempus, iuxta l. quoties, cum similibus, C. de donat. que sub mod. vel etiam si tibi centum dedero, vt ex eis Titio des quinquaginta: vel si dedero tibi fundum, vt ex eius fructibus des mihi decem annua, iuxta l. final. C. de rerum permutat. Etenim his casibus licet negari non possit, quin innominatus contractus celebretur, do vt des, nullatenus permutatio dici poterit, sed pactum quodam rei interuentu vestitum, iuxta l. legem cum materia. C. de pass. ac proinde ex eo gabella non debetur, cum in hac specie res pro alia re non detur, quæ est permutationis natura & substantia, ex d. l. 1. part. secus autem si rem do, vt eandem, vel eius partem alij, vel mihi des, vt prædictis, ita Laffar. d. c. 17. n. 7. ad finem.

14 Sed & aliam limitationem colliges ad præd. resolutionem de contractibus innominatis, do vt des, ex Parlad. vbi supra, nempe cum genus pro eodem genere datur, nempe vinum pro vino, quia tunc est contractus mutui, ex quo gabella non debetur.

Sed profecto generaliter nimis, atque indistincte loquitur est author hic, imo, vt inquit Laffar. dict. cap. 17. numero 9. inaduerter contra text. in l. hac nostra Regia. 2. tit. 17. libro 9. ibi: *Que hizieren de vnas cosas a otras semejantes, o no semejantes, idem voluit Laffar. in schol. ad dict. leg. 2. num.*

4. Quare idem Laffar. dict. n. 9. cum sequent. late distinxit articulum hunc, & distinguit, ex cuius dictis hæc summaria, & vera in eo iudicio colligitur resolutio.

Quotiescumque vnum, triticum, vinum, vel similia pro alio datur, ratione alicuius commodioris nature, vel qualitatis, quæ licet genus non mutet, facit tamen illud alteri ex contrahentibus vtilius esse, quam suum, & alter malit aliud quam suum, est vera permutatio, & ex ea gabella debetur, vt in l. hac nostra leg. Regia. 2.

Secus erit dicendum, si mutare partes voluerint, in qua specie procedit, & loquitur doctrina Bartol. & communis in l. 2. in princ. numero 6. ff. si cert. in per. dum inquit, esse hunc contractum mutui, scilicet autem si ex verbis, & mente contrahentium appareat, alium contractum in præd. specie inire voluisse, secundum Dec. ibidem num. 12. Alexand. 7. in versic. & omnia trita per Bart. Vnde est, vt si partes non quidem mutuum, nec permutationem gerere voluerint, sed depositum, locationem, vel conductionem, aut dotis dationem, vel mandati, is contractus iudicandus erit, quem constituerit partes celebrare voluisse: de venditione, & permutatione debetur gabella, de ceteris vero contractibus minime, nisi in fraudem gabelle fiat. Principalis igitur contrahentium mens, & intentio inspicienda, & attendenda est in hac materia, vt iuxta eam iudicemus, quem contractum partes gerere voluerint, & an gabella ex eo soluenda sit, vel non, vt latius persequitur Laffar. vbi supra, exempla fingent in praxi vtilia.

De cæteris vero contractibus innominatis, veluti do vt facias, vel facio vt des, vel facio vt facias, gabella non debetur, nec soluenda erit, quia nec sunt emptiones aut venditiones, & magis ad naturam locationis & conductionis accedere videntur, dict. l. naturalis, sicut cum do. ff. de præscrip. verb. ita tenet Parlad. vbi supra nu. 34. ad fin. Laffar. num. 25. Girond. num. 3. & Azeued. in dict. l. 2. n. 11. & 12. tit. 17. hoc lib. 9. ¶ limitat Laffar. si principaliter celebraretur contractus innominatus do vt des, & in consequentiam veniat factum, & erogatio expensarum, veluti in donatione, mutuaque rei debita, & exacta translatione ad iniuicem facta inter pacificos, tunc enim cum illa mutua concessio non veniat in consequentiam actus executionis, sed ex principali & vtiliori pacto, non debet occultari, nec potest iste contractus do vt des sub altero contractu facio vt facias, quin illius rationem habeamus ad solutionem gabelle, de qua agimus, iuxta decisio. dict. l. Regiz. 2. qua in specie ampliat, quod modo docuimus, gabellam, scilicet deberi ex contractu innominato, do vt des nempe vt procedat, etiam si in consequentiam veniat, & contineatur factum ad executionem principalis contractus, do vt des.

Deinde, & tertio pro intellectu, & praxi nostræ l. Regiz. 2. quæ de permutationibus gabellam esse soluendam præcipit, obseruandum erit, quod ex rebus permutatis gabella soluenda est, iuxta cuiusque rei æstimationem per bonum vitum faciendam, qui est ipse index, vel alius, quem ipse designauerit iuxta tradita, in l. continuu, §. cum ita ff. de verb. obligat. & in l. 37. tit. 1. fin. part. 7. qui index competens in materia gabellarum, & vt ordinarius cuiusque loci, vt patet ex l. 11. tit. 9. libro tertio, noua collect. Reg. & l. 2. tit. 17. hoc libro nouo. iuncta hac nostra l. 2. ibi: *O juez, que coniere de la causa, de la dicha alcavala: quod procedit secundum Azeued. 21 in.*

in dict. l. 2. 48. etiam si sit index pedaneus, nam & hic de gabellarum negotiis cognoscere potest, ex dict. leg. 11. ¶ Quod si ipse index æstimare velit, cum vt vir bonus alearur, bonos viros debet consulere petitos in arte, vt ita sententiam ferat, ex l. 23. tit. 4. partia. 3. & traditis per Auenda. in tractatu de except. numer. 37. in versic. imo & aliud. & in terminis probat Laffar. d. cap. 17. num. 16. non tamen censetur nullum, quod alias factam fuerit, cum nostra l. Regia illud non requirat, sed simpliciter facultatem tribuat æstimandi iudici, vel nominandi alium vitum bonum qui præd. æstimationem faciat.

Debet tamen, à quouis eorum fiat, iusto rei pretio fieri, iuxta l. pretia rerum, ff. ad legem Falcidiam, ex dictis per Didac. Perez in l. 2. tit. 23. libro secundo. Ordinan. & Duennas in reg. 34. ex quibus in terminis ita tenent Laffar. in schol. ad nostram l. 2. n. 5. in fin. & Azeued. super ea, num. 47.

23 Quod si index hanc æstimationem facere noluerit, poterit eam alteri bono viro committere faciendam, cuius dictio cum iuramento stabitur in hac materia, vt in hac nostra l. Regia. 3. licet regulatiter alias duo periti in arte sint eligendi iuxta text. in authent. de non alienan. aut permut. rebus Ecclie, quod autem ibi, duobus per testimoniis, si modo haberi queant in loco, & notat Anton. Gomez in teris motu variat. resol. cap. 3. num. 28. & Bernard. Diaz in regul. 461. & ibi Ignat. Salzed. & Azeued. in dict. leg. 2. numero 49.

24 cum sequenti. ¶ Vbi quod cum hic æstimator à partibus approbatus non est debent partes citari ad eius nominationem faciendam per iudicem, licet in praxi receptum sit, non ex hoc esse nullam electionem & nominationem personæ æstimatoris factam per iudicem sine citatione partium, secundum Conarum, quem refert libro secundo variat. resol. cap. 13. numero 1. requirit tamen, contendit Azeued. numero quinto citationem partium, vel earum presentiam ad videndum iurare prædict. æstimatorem, licet non ad prolongationem iustitiam ab æstimatore profertendi, secundum Conarum, vbi supra conclus. 7. addit Azeued. numero quinquagesimo primo, cum sequent. quod si æstimator hinc inique arbitratus fuerit & æstimauerit in quocumque excessu, poterit læsus petere reductionem ad arbitrium boni viri, argumento l. si libertus. ff. de oper. liberti. & notat in terminis Laffar. in schol. ad nostram hanc legem secundam, num. 8.

Est & aliud in hac materia speciale, nempe: 25 vt æstimator hic eligatur à iudice, ¶ cum alias æstimatores eligendi sint à partibus, ita vt vnusquisque suum eligat, idque ita fieri index iubet, referens sibi nominationem in defectum partis cuiusque, & tertij quoque in causam discordiæ, vt habet communis praxis, quo iura vitum, secundum Ioan. Carl. de expens. & melior. cap. fin. nam. 19. refert & sequitur Laffar. in schol. ad d. l. 2. num. 7. cum sequentibus, & Azeued. super ea, num. 53.

26 Denique vnusquisque permutantium debet soluere gabellam valoris rei, quam receperit, quasi ille valor sit pretium rei suæ ad similitudinem venditoris, iuxta leg. 1. eiusdem tit. 17. lib. 9.

27 Nec præstabit dicere, quod partes in contractu permutationis, quod principaliter gerunt, tacent pretium rerum suarum, seu formale pre-

tium constituent, quibus verbis loquitur in Iurisconsultus, in l. lege Falcidia 62. in fin. iuncta glossa 1. ibi, in prima expositione. ff. ad leg. Falcid. veluti si rem æstimatam in decem, dedi tibi pro alia re in eadem quantitate taxatam, iuxta l. 1. C. de rerum permut. & quæ ibi Doctores notant: non enim ad hanc æstimationem attendendum est ad solutionem gabelle, sed ad eam quam index, vel alius bonus vir, quem ipse egerit, fecerit, dum tamen semper ab initio de rebus permutandis partes tractauerint: adhuc namque non venditio, sed rerum vera permutatio contracta intelligitur, sic vt in ea quoque specie locum habeat dispositio dict. leg. 2. tit. 17. hoc libro 9. iuxta resolutionem Alj Pinell. in rubr. Cod. de rescind. vendit. 2. par. cap. 1. num. 16.

Secus autem erit, si pretium rei datæ in pecunia fuerit definitum, & postea ex accidenti in re alia taxata solutio fiat, quia tunc vera venditio manet, iuxta terminos l. pretij. C. de rescind. vendit. sicque vnus rei gabella debebitur, iuxta quantitatem pretij in pecunia definiti: aliter autem rei datæ insoluum, pretij venditionis gabella soluenda erit, vt in terminis probat Laffar. d. c. 17. n. 17.

Quarto, perpendendum erit l. nostræ secundæ 29 dispositionem non habere locum, in permutatione vnus rei æstimabilis cum alia re inæstimabili, quia ex ea parte gabella solui non debet, vt in terminis tenet Montalu. in reportio legum ordin. verbo, alcavala, quem refert & probat Laffar. dict. cap. 17. numero 18. & prius in schol. ad d. l. 2. numero 6. cum deficient in hac specie verba nostra legis ibi: *Siendo cada cosa apreciada por lo que vale: si go deficit eius dispositio, iuxta l. 4. §. vnus ff. de damn. infest. & doctrinam Bar. communiter approbatam in §. prator ait eiusdem l. final. addit Laffar. quod in hoc casu nemo ex contrahentibus decimam debet. ¶ Is enim, qui sepulchrum dedit, gabellam non soluet, quia etiam si pro pecunia dedisset, quasi vendens, eo iure non tenetur, propterea quod locus ille sacer ad sepeliendum destinatus vendi non potest omnino iure: atque ideo tanquam ex venditione nulla gabellam non deberitimo, nec ille, qui rem prophanam dedit pro iure sepulchri: quia vltra quod nulla est rei spiritualis permutatio cum re prophana, iuxta text. in l. fin. Cod. de rerum permutation. res à se receptæ æstimari non potest: qua ratione licet valida sit permutatio rerum spiritualium iuxta gloss. & Doctores in cap. ad quæstiones de rerum permut. & gloss. in cap. super eo, de transmiss. ex ea permutatione, nempe sepulchri cum alio sepulchro, vel capella, non deberent gabella, quia neutra res æstimari potest per supra dictos.*

Quinto obseruo, quod si rem, quæ alias vendita immunitus esset à solutione gabelle, in pretium rei suæ alter ex contrahentibus recipiat, non ideo rei illius privilegio exculabitur, veluti si fundum dedero pro equo ornato, sella & freno, vel libris, aut alio ex enarratis in l. 34. tit. 18. hoc lib. 9. quin potius secundum æstimationem, & librorum valorem gabellam soluat, iuxta dict. l. 2. id enim privilegium locum habet, quando res illæ in contractum veniunt, vt meræ, non vt pretium, atque ita debet intelligi & limitari dict. l. 34. vt inquit Laffar. vbi supra num. 19.



SVMARIA.

- 1 Gabella vna an duplex debeat, quando ex vna parte res aliqua, sine specie datur ex altera vero pretium, & res aliqua & numero seq. & an iure sit venditio, vel permutatio n. 2. cum sequentibus.
- 2 Venditio an permutatio sit, quando ex vna parte res, ex altera vero res, & pretium datur, & nu. seq.
- 3 Dicitur esse contractus non videtur posse dici, ubi vnum tantum negotium actum est & nu. 17.
- 4 Vna eademque res non debet diuerso iure censeri, & nu. 18. quomodo sit intelligendum.
- 5 Pistoria nulla sit à pari.
- 6 In materia equalitatis, nulla maior ratio considerari potest, ut vnum plus habeatur, quam alterum.
- 7 Gabella debet in diuersis attendi l. 2. tit. 17. lib. 9. coll. Reg. in specie tituli huius quæst. 3. sed contra nu. 23.
- 8 L. 34. tit. 18. lig. non collect. Regia quatenus ipsa decidat, quod de pecunia numerata non soluat gabella in eis.
- 9 Gabella quando debeat de pecunia numerata, & quando non eodem num. 24.

QVÆSTIO XXX.

An duplex, vel vna tantum gabella debeat, quando ex vna parte res aliqua, siue species, ex altera vero pretium & alia res datur?

Quamuis de hac questione supra agere decreueram q. 21. nihilominus huc, ut proprio loco ipsius eam nihilominus & dicimus, pendere ab altera, an scilicet in hac specie censetur celebratus contractus permutacionis, an emptiois & venditionis: In priori namque casu duplex gabella debetur, tanquam ex permutacione, ut in l. 2. tit. 17. hoc lib. 9. In secundo vero vna tantum, tanquam ex venditione, ut in l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. Necessario igitur resolucenda q. præd quam secundum decidamus.

Ad rem igitur deueniendo communis resolutio Doctorum est, ut contrahentium mens, & verba in hoc inspiciantur, nempe, ut si vendere & emere voluerint, venditio sit: quod si permutandi animus, intentio fuerit, permutatio esse iudicetur, præcipue cum agitur tantum de eandem partium contrahentium præiudicio, ita tenent Ioan. Cardinal. Florent. Panormit. & alij in c. ad quæstiones de rerum permitt. Bart. Bald. in l. si in emptione, per illum text. ff. de contrahem. empt. Bart. in l. Aristot. num. 2. ff. de donat. sequitur plures referens, de retract. lignag. §. 30. gloss. 1. num. 2. D. Couarr. lib. 2. var. resolut. cap. 4. num. 9. Anton. Gomez lib. 2. varia. resolut. cap. 2. num. 10. Arias Pinel. in rubr. C. de rescind. vendi. 2. p. cap. 1. nu. 1. sequitur etiam & probat, atque communem esse profectur, plures referens, Matien. in l. 7. tit. 11. gloss. 1. o. nu. 2. 3. & 4. lib. non collect. Reg. communem etiam testatur Lassar. de decim. vend. cap. 17. num. 22. & Molin. Theolog. de iust. & iur. 2. tom. disputacione. 336. colum. 498. vers. scilicet. dubium est.

Consilare autem dicitur, quod principaliter partes intendunt, ex nomine contractus ab eis

expresso, ut si permutacionem dicunt, sic permutatio: si emptioem emptio, secundum Paul. de Caslr. in dist. Aristot. num. 4. in fin. cum sequent. Abb. in dist. cap. ad quæstiones, num. 2. voluit Bart. in l. eodem. §. qui maximos, in §. quæst. num. 5. ff. de public. & veltig. & probat Tiraquell. alios allegans vbi supra, n. 7. & 8. & Matien. num. 4. post Arrimum Pinel. vbi supra, num. 2. qui numer. 3. appellat eam receptissimam conclusionem.

Nisi talis nominatio repugnaret naturæ conventionis, seu deductæ in conventionem, & nomini expresso: tunc namque potius inspicitur natura, & effectus actus, quam nomen à contrahentibus impositum, l. insulam. ff. de rescript. verb. l. si olei cum ibi notatis. C. locat. l. si vna in princip. ff. eodem titul. vbi, ita donatur Oldra d. conf. 139. ad habendum, colum. 1. Decius in authent. ex resiamen. nu. 6. vers. sed certe. C. de collatio. Borr. dicit. 144. num. 2. post mod. Tiraq. d. §. 30. gloss. 1. n. 11. & 12. §. 32. gloss. vnic. num. 34. Matien. vbi supra, num. 1. qui num. 6. post alios, quod tunc dicitur repugnare nominatio partium naturæ contractus, quoties pecunie excessus sit magnus, qui excedat valorem rei ab eodem date, quia tunc censetur venditio, eam si contrahentes expriment permutacionem: Idem è contrario, si excessus sit ad pretium, quia tunc erit permutatio, iuxta communem præd. Doctorum sententiam, quam etiam cur alij profectur, Mol. Theo. vbi supra, colum. 498. tametsi contrarium iure probet aduersus receptam præd. declarationem Pinel. vbi supra, nu. 11.

Præmaximeque communis præfata sententia procedit, si agatur de præiudicio tertii, veluti contrahentium respectu retractus, (vel filii in nostra materia gabellarum) cuius magis interfit, quod venditio potius, aut magis permutatio esse intelligatur illa conventio: tunc namque ne frans aliqua tertio fiat per nominationem partium, magis inspicendum est, quod re vera agitur, quam quod à partibus simulate concipiatur: puta, si ex venditione debeat gabella, vel laudemium, non vero ex permutacione, vel è contra: vel in venditione sit locus retractui, non vero in permutacione, prout apud nos extat de hiel. 7. tit. 11. lib. 5. non coll. Reg. ita ex alij resoluti Tiraquell. d. §. 30. gloss. 1. num. 11. & 12. D. Couarr. vbi supra, num. 9. & Anton. Gomez d. num. 10. & Pinel. vbi supra, num. 3. dicens, esse communem: quod etiam profectur, Idem sequitur, Matien. num. 6. & Lassar. num. 22. vbi supra, & Molin. vbi supra, colum. 499. Vnde cum in nostra materia de iure tertii disputetur, nempe filii pro gabella adquirenda vna, vel duplici, magis inspicendum est in ea quæst. quod re vera agitur, quam, quod à partibus dicitur.

Habemus igitur ex præd. primam casum versul. que quæst. & is est, ut attendatur contrahentium mens, & verba an vendere, vel permutare voluerint, ut in primo casu venditio sit, vnicæque gabella debeat: in secundo vero permutatio duplexque gabella ab ea debeat, iuxta decisionem d. l. 2. titul. 17. hoc lib. 9. nisi alias nominatio repugnaret naturæ conventionis: tunc namque magis inspicenda esset natura, & effectus actus, quam nomen à contrahentibus impositum, nec tertio præiudicium fiat.

Secundus casus est, quando contrahentes non expriment non contractus, & tunc, quis contractus sit, indicatur ex eo, quod plus est (intellige notabiliter) ut si res data plus valeat, quam pecunia, quæ simul cum re datur, censetur permutatio: si vero pecunia excedat, dicitur venditio, ita tenent,

tenent, ac probant DD. communiter in dist. cap. ad quæstiones de rerum permitt. per illum text. & plurimos congerens Tiraquell. dist. §. 30. gloss. 1. n. 9. vbi dicit communem D. Conarr. Anto. Gom. & Pinel. vbi supra, l. 1. tit. 6. per §. & ibi Greg. Lop. in gl. 1. & alios allegans Matien. vbi supra, num. 7. & Lassar. vbi supra, sub d. num. 22. in vers. igitur, & communem eam sequitur profectur Molin. vbi supra, colum. 498. Quo fit, ut in nostra materia, quo casu permutatio sit, duplex gabella debeat: quo autem casu venditio vnica solui debeat ex prædictis.

Tertius & vltimus casus in specie proposita superest in dubio quando res, & pretium per omnia paria sunt, & eiu'dem æstimationis, ita ut neutram alteri præualeat, seu perpendet: & tunc quidem DD. maxime variant: Bald. etenim in præd. feud. colum. 4. vers. pro intellect. horum. n. 11. censuit, eo casu venditionem potius contrahi, quam permutacionem, quem plures alij sequuntur: At contra, quod permutatio potius sit quam venditio communior, & receptor sit sententia, ut constat ex Tiraquell. vbi supra, n. 13. cum pluribus sequent. & id affirmat Matien. vbi supra, n. 8. post Pinel. etiam vbi supra, n. 5.

Quæ equalitas rei & pretij in puncto esse non debet: sufficit namque quod diuersa ratio non sit notabilis, vel considerabilis, ut cenfeo, argumento l. in modicus. ff. de contrahem. emptio. & prædicta receptor sententia necessaria intelligenda est, ex mente scribentium, quando partes non expresse certum nomen contractus: alias enim iudicaretur conuentio, iuxta specialem nominationem contrahentium, tunc namque non dicitur res esse in dubio, nisi res, pro qua datur alia & pretium simul existit venialis, quia tunc contractus censetur emptiois, & non vero permutacionis, vel nisi pecunia detur nomine pretij, quia censetur emptio, ut ex alijs probat Pinel. vbi supra, num. 6.

Retenta igitur in praxi præd. receptione sententia, debetur duplex gabella in hac specie, ut ex permutacione.

Verior tamen contra communem videtur aliorum multorum opinio in hac specie, de qua supra n. 9. ut duplex censetur contractus, vnus emptiois & venditionis pro media parte, alter innominatus permutacionis pro altera dimidia parte, cum æquales sint utriusque pecies, & pecunia, argumento l. Luitius. ff. de rescript. verb. l. si sponsum. §. circa. cum hic status §. penultim. ff. de don. inter virum & vxor. l. Aristot. ff. de donat. ita Alciat. in l. 1. in prin. numero 30. ff. feceri. per. & in alijs locis relatis à Tiraquell. dist. §. 30. gloss. 1. num. 38. qui num. 40. & 41. eam comprobat & videtur sequens: sed & Alciat. in hoc probauerunt D. Conarr. lib. variar. resolut. cap. 4. num. 9. verius tamen est, vbi alios citat, & Arias Pinel. (respondens argumentis contrariis Lotieri) in 2. par. Rubric. C. de rescind. vendit. c. 2. n. 8. & 9. vbi quod hæc opinio præcipue procedit, quando ex huiusmodi contractu potest ius deferri tertio, prout est notabiliter casus gabellæ: & Matien. vbi supra, num. 8. ad fin. necnon & Lassar. d. c. 17. n. 21. ad fin. quæ sententia in puncto iuris verissima & tenenda videtur, nec non & in praxi, cum sit etiam recepta, & magis veritati consonet, & tanquam distinguens inter alias diuersas, necnon & quia in dubio contra gabellam indicandum est, ut resolutissimus supra q. 9. n. 10.

Ino fit ut ea recita, quatenus & ex qua parte venditio est, vnica duntaxat gabella debeat à

venditore soluenda, ut in l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. ex parte vero, qua permutatio est, duplex gabella solui debeat ab vtroque, scilicet, contrahente ex leg. 2. eiu'dem tituli, & libri.

Nec contra hanc vetiorem sententiam facit, 15 quod cum vnum tantum negotium actum sit, non videtur posse dici duos esse contractus, ut in simili dicitur in l. 2. §. 1. ff. locat. cum similibus congestis per Tiraq. vbi supra, n. 19. neque t. vna, & eadem res debet diuerso iure censeri, l. cum, qui adess. ff. de vsu. cap. cum alijs congestis à Tiraquell. vbi supra, n. 35. & 39. & iterum §. 1. gl. 18. n. 21. & latius in l. si vnquam, verb. donatione largitus n. 12. in vers. tertia ratio. C. de renou. donat.

Ad primum namque respondemus, duos hic contractus in hac conventionem venire, nempe emptiois, & venditionis, atque permutacionis: Quare non minus separandum est, quod ius ipsum censet separatum nempe partem rei venditæ à parte permutata, & in alijs casibus mixtis, l. idem Pomponius §. sed si plumbum & ibi gloss. de rei vendit. & in casu d. si sponsum §. generaliter, & ibi gl. ff. de donat. inter virum & vxor. & l. iterum mixtura. §. quid ergo, ff. de vsu. cap.

Ad secundum, quod regula communis sumpta, 16 ex d. cum, qui adess. cum similib. nempe vnam ea idemque rem non debere diuerso iure censeri, procedat, quando nulla diuersitatis ratio adest: secus si diuersa ratio in parte eiu'dem rei considerata possit, quam in altera parte: itaque diuersis respectibus, diuerso iure censeri potest vna eademque res, ut in l. miles §. pro parte ff. de legat. 2. & in l. hinc queritur §. 1. ff. de pecul. Abb. in cap. cum in sua ad finem, de decim. & multis alijs iuris locis probat Tiraq. dist. §. 1. n. 21. cum seq. & Pinel. plures allegans vbi supra, n. 9.

Merito igitur, quod sententiam Alciati, & ab 19 alijs receptam probauerimus: & quia nulla victoria sit à pari, ut in l. non solum §. 1. ff. de rerum nupt. & Denique, quia in materia equalitatis nulla maior ratio considerari potest, ut vnum plus habeatur, quam alterum, argumento tex. in l. generaliter, vers. sculo. sua. ff. de fideiussor. i. cum dua. sine eiu'dem potestatis, non potest reperiri, quam altera potius altera consumatur.

Hæc præcedens, casum distinctio, atque resolutio, 21 tio, quo ad gabellæ debitum & solutionem, iure communi attentio, recte procedit, utpote deducta à communibus, & veris iuris traditionibus, quoad diuisionem contractuum emptiois & permutacionis, quibus standum est, quo ad cognoscendum, quis contractus censeri debeat celebratus in specie huius quæstionis principalis.

Ceterum, quoad debitum & solutionem gabellæ, 22 le correctæ videtur præfata distinctio, ac proinde indistincte tenendum, attenda nostra l. 2. tit. 17. hoc lib. 9. eiusque generalitate, ut quoties eamque res aliqua pro alia reddatur, siue pecunia non sit, siue ipsa interueniat, quomodo conuenit principaliter, aut accessorie, ita vt iuxta ciuiles regulas permutacionis, adhuc contractus maneat, aut propter pecunie interuentum in venditionis contractum transeat conuentio, ex vtroqueque gabella debeat, iuxta iudicalem æstimationem, ut generaliter decidit dict. l. 2. ibi Quier interueniga en ello dinero ó no: quibus verbis supra habitam dispositionem & distinctionem voluit penitus dirimere, atque destruere, ita, ut si fundum meum dederò tibi pro mille aureis, & vno seruo, vel fundo centum aureorum, proculdubio dicendum sit, quod quamuis eo casu ex præd. Doctorum resolutione, non



permutatio, sed vera emptio & venditio à parte contrahatur, eo quod pretium sine pecunia rei simul date præponderet, duplex adhuc gabella solvenda fit, nempe ex utraque re, iuxta iudiciale estimacionem: & ita fiet, quod necum venditor decimam, hoc est gabellam solvet mille aureorum, quos recepit, & estimacionem quoque fundi, seu ferri simul cum ea pecunia recepti: sed & emptor quoque pendere debeat gabellam fundi, seu ferri quem dat, quasi in ea parte permutare potius, quam emere censetur, iuxta d.l. 2. quæ sic indistincte debet intelligi & praticari, secundum Lassart. d. cap. 17. num. 13. qui novissime hanc opinionem tenet, & nu. 24. explicat qualiter in hoc casu ab vno quoque contrahentium Regalis hæc decima solvenda sit: eandem opinionem novam Lassart. sequitur Molin. ubi supra col. 500.

Ego vero nihilominus etiam attenda nostra præd. l. Regia. 2. adhuc probo, præfatam distinctionem casuum, etiam quoad debitum & solutionem gabellæ, cum videat, quod præfata nostra l. 2. simpliciter loquitur, nec aliquid exprimat nuncupatim de æqualitate rei & pretii simul datorum, pro altera re, nec an pecunia principaliter interveniat, aut accessorie, sed tantum disponat & præcipiat: *Que de todos los trueques que se hizieren de unas cosas a otras, semejantes, y semejantes, quier interenga en ello dinero no que de todo sepague el alcavala, &c. siendo cada una cosa tassada por lo que vale.*

Hæc namque lex intelligi, & interpretari debet iuxta ius commune, nempe, quando etiam si interveniat pecunia, nihilominus est contractus permutacionis, vt patet ex ipsamet lege, ibi, dum loquitur *De todos los trueques que se hizieren de unas cosas a otras, &c.* Ergo, quando iuxta ius commune dispositionem, & doctinas communes Doctorum non fuerit contractus permutacionis, sed emptiois & venditionis, nec lex loquitur, nec eius dispositio locum habet, quia vbi non habet, non quæritur, ff. de damn. inflic. cum similibus.

Quando igitur pecunia accessorie venit in huiusmodi contractu à rem, non egreditur formam permutacionis, & debet sequi rem, tanquam suam principale, ac ideo erit contractus permutacionis, si in emptioe, in princip. ff. de contrahen. emptio. Si autem pecunia esset principale, absurdum foret dicere, quod sequeretur rem vilem, aut minoris valoris: quæ accessoria quod enim pretiosius, attendi debet. Ridiculum namque esset tunc eundem fundum accedere, vt inquit Iuriconsulutus in l. iustissime in princip. ff. de adilit. edit. essetque corrigere, l. fundi partem ff. de contrahen. emptio. quæ indicat partem pretii venditionis esse pactum accessorie illi coharrens cum præsentia pretii: quod minime est dicendum, sed imo potius in dubio evitanda est correctio, cap. cum expedit, de electione lib. 6.

Lex ergo nostra Regia secunda, de qua agimus tit. 17. hoc lib. 9. intelligi non debet de contractu composito duarum rerum eiusdem potestatis & valoris, vbi non potest reperiri, cui vna potius, quam alia consummatur, vt in l. generaliter, vers. neque enim, ff. de fideiuss. & multo minus, quando premium præualeat speciei date: sed tantum quando species data præualeat pecunie etiam date, & sic quando pecunia ipsa est accessoria, res autem principale, à qua denominatur contractus, nempe permutacionis.

Non etiam obest l. 3. del quadero de las al-

canalas, quæ hodie est, l. 3. tit. 18. lib. 9. disponens, quod de pecunia numerata non solvatur gabella, quia procedit, & loquitur atque intelligi debet, quatenus pecunia numerata consideratur, vt vendita ex parte dantis: secus vero quando pecunia fungitur vice pretii ex parte eam recipientis insolutum rei sue, & ideo eam recipientis, vt pretium verum in pecunia numerata, solvet gabellam tanquam venditor: Obediendum igitur erit adhuc attenda nostra l. Regia præfata distinctio casuum, quo ad debitum & solutionem gabellæ, vt prædiximus, & reicienda opinio contraria Lassart. atque intellectus ab eo assignatus ad d. l. 2. & tenendus vt verissimus, quem modo eidem l. 2. assignavimus, per quem vitatur iuris communis correctio, saluo saniori iudicio alterius rectius sententis.

SUMMARI A.

- 1 Gabella an debeatur ex contractu dandi aliquid in specie pro pecunia? & nu. seqq. affirmative resolutur, & indistincte num. 11.
- 2 Emptiois & venditionis contractus est, cum pecunia datur pro recipiendo seruo: secus si partes utantur verbo dare, quia tunc erit contractus innominatus, scilicet, contrahentes expresse cum venditionem appellant, quia tunc quod est in nomine, presumitur esse in re, vt in n. 4.
- 3 Venditio ex sui natura non obligat necessario ad transferendum dominium.
- 4 Translatio domini, licet non sit ex substantia venditionis, est tamen de ipsius natura, licet non de necessitate.
- 5 Vendens seruum debet seruum tradendum, non dandum, quia species est in obligatione, non factum.
- 6 Obligatus actione ex empto non dicitur obligatus ad primum factum, sed ad mixtum, vbi, quomodo hoc intelligatur.
- 7 Pretii appellacione in dubio presumitur contracta emptio & venditio, ibid.
- 8 Quando illud, quod pecunia datur, est quid genericum, consistens in pondere, numero, vel mensura, verbum dare, est de natura venditionis, quia transfertur dominium in recipientem.
- 9 Destinatio rei venalis operatur, vt contractus eius sequens censetur factus iuxta destinationem precedentem.
- 10 Verbum dare in nostra lingua Hispana est commune, & indistinctum ad dationem & traditionem, eoque promiscue vitmur, & quid de iure communi, nu. 13.
- 11 Venditio est, quando pecunia datur pro specie, non vt pretium contra Bald. distinguendum in hoc.

QVÆSTIO XXXI.

An ex contractu, & obligatione dandi rem aliquam in specie pro pecunia, debeatur gabella?

Quæro deinceps: An ex contractu, in quo quis obligatur ad dandam rem aliquam in specie, vt alter dec illi pecuniam pro ea debetur gabella? Dubium facit, quia licet, quando pecunia

pecunia datur pro recipiendo seruo, sit contractus emptiois & venditionis, vt in l. naturalis, §. & si quidem ff. de præscript. verb. hoc tamen verum esse intelligunt interpretes nostri, præterquam si partes utantur verb. dare, vt in nostra quæstione: Tunc enim dicitur esse contractum innominatum non vero erit emptio aut venditio, l. fin. ff. de cordis. caus. data. & cuius rei ratio est: quia enim vendendo obligatur, solum tenetur, tradere rem venditam, licet eius dominium non transferat in emptorem, l. exemptio ff. de action. empt. Sed, qui obligatur ad dandum, tenetur dominium transferre, alioquin non implet promissionem suam, & ideo, quia obligatur ad plusquam tradere, contractum innominatum efficere videtur, non vero nominatim emptiois & venditionis, vt per Doctores in d. l. fin. & in l. 2. ff. si cert. petatur.

Nihilominus tamen ex huiusmodi contractu gabellam deberi, atque soluendam esse censeo: sine sit contractus emptiois & venditionis, sine innominatus do vt des, quia de utroque gabella debetur, vt in l. 1. & 2. titulo 17. hoc lib. 9. Noua Collectiois Regie, iunctis iis, qui supra resoluimus, quæstion. 29. vbi probauimus, ex dicitur leg. secundæ ex contractu generali, do vt des, deberi gabellam: nam de speciali contractu permutacionis nulli dubium est, ipsam deberi, sicut ex venditione.

Sed pro intelligentia rationis dubitandi supra posita obstatendum erit præmissum contractum proculdubio esse emptiois & venditionis in quatuor casib. infra proxima.

Primus est, quando contrahentes, expresse eum contractum venditionis appellant, vel venditionis meminerunt, vt probauimus supra cum communi, q. 30. n. 3.

In dubio enim, quod est in nomine presumitur esse in re: lingua namque est nuntia cordis, iuxta late dicta pro Bal. in questione schismatici. §. si quis alig. re. ar. prohib. & in hoc nomine venditionis fundatur Bart. in l. coram ferro. §. qui maximus, vers. quinto quoque, numero 11. ff. de publ. & veligal. dum dicit, standum esse verbis, vt si dico, em, sit emptio, & induceretur secundum naturam emptiois: vbi dico loco, sit locatio: necnon, & Pinell. in rubrica. Cod. de rescinden. vendit. in 2. par. cap. 3. numero vigesimo tertio, & vigesimo quinto. dicens, hoc esse de mente Doctorum, scilicet, quod dicitur leg. fin. dum probat, quod cum datur pecunia, vt Stichus datur, non esse contractum emptiois & venditionis, procedat in casu dubio, quando alias non intelligitur, quod contractus sit venditio ex nomine, vel alia ratione: secus vbi coniceretur contrahentes agere de emptione, vel vbi verbum emendi, seu vendendi ab eis prolatum fuisset quia tunc vera emptio resultabit, & quod ita Doctores communiter intelligunt, dicitur leg. fin. ff. de condit. caus. dat.

Licet enim venditio ex sui natura necessario non obliget ad transferendum dominium, l. si ita distrahatur ff. de contrahen. empt. non tamen contrahit traditio venditionis.

Quinimo licet translatio domini non sit ex substantia venditionis, est tamen de ipsius natura, licet non de necessitate, secundum Rip. in dicitur leg. 2. numero trigesimo. Decius in l. certi conditio numero 12. Digest. si cert. petat. & tradit latius Pinell. in rubrica Cod. de rescinden. vendit. 2. par. cap. 3. numero 15. 16. & 17. † Vnde ex hoc inquit Bald. in leg.

unic. numero 61. Cod. de senten. qua pro eo, quod interest proferuntur, quod si vendidi seruum, debetur seruus tradendus, non dandus, quia species est in obligatione, & non factum, † & obligatus actione ex empto non dicitur obligatus ad primum factum, sed ad mixtum, gloss. & Bart. in dicitur leg. certi conditio, vers. sic. hoc expasto, quæro, vt cum ex omni, numer. 17. cum seqq. tametsi communiter DD. reprobrant eam glossam, vt proficitur ibidem Bartol. num. 20. qui eam saluat num. 21. in eo, qui non est dominus, qui licet possidendo rem teneatur eam tradere, & si est dominus dominium transferre in emptorem: secus si non est dominus, leg. exemptio in principio. ff. de action. empt.

Secundus casus est, quando quantitas pecunie datur sub nomine pretij, quia appellacione pretij in dubio presumitur contracta emptio & venditio, vt probatur in leg. fin. Cod. de præd. Decur. libro 10. & ibi gloss. verb. intelligi, Azias Pinell. in 2. p. rubric. cap. 3. Cod. de rescinden. vendit. numero 25. vbi numero 26. quomodo hoc intelligendum sit, & Padill. in l. voluntas, num. 10. & 11. C. de fideicommiss. sed indistincte id probat Alciat. in l. 2. in prin. n. 25. ff. si cert. petatur.

Tertius casus est, quando illud, quod pecunia datur est quid genericum consistens in pondere, numero, vel mensura: in his namque dare, est de natura venditionis, quia transfertur dominium in recipientem, Bart. & Doctores in l. 2. in princip. ff. si cert. petatur. gloss. in l. si domus, §. si de questione, ff. de legat. 1. Quod non tam de natura contractus contingit, quam natura obligationis generis, secundum Paul. de Castr. in dicitur leg. fin. n. 5. de condit. cau. dat.

Quartus casus est, quando obligor ad dandam rem quæ alias erat venalis domini destinatione, vt quia eum expositam habebat venditioni: tunc enim contractus sequens censetur factus iuxta destinationem precedentem, vt probatur ex traditis per Andream Rabexa, de pactis, num. 517. & Bald. in d. l. fin. in 1. oppos. & Pinell. vbi supra n. 23. & Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gl. 14. n. 22. & 24.

Sed quamuis hos casus enumeravimus, nihilominus tamen in specie quæstionis propositæ censeo, indistincte deberi gabellam, vt præmissimus, vt potest ex contractu emptiois & venditionis, cuius naturam alterare non debet adiectio verbi dare in præiudicium tertij, hoc est filij vel gabellarij: Durum enim esset, quod ex mutatione vnus verbi contrahentes euaerent solutionem gabellæ, ita vt præfata l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. verbis, & non rebns esset imposita contra l. 2. in fin. Cod. commun. de legat. & in cap. quanto de priuileg. & in cap. commissio de elect. in sexto, fraudibus namque est obuiandam leg. cum bi. paragrafo si cum lis. Digest. de transactio. l. fin. §. fin. ff. de suspens. tut.

Denique in nostra lingua Hispana verbum, dare, est commune, & indistinctum ad dationem, & traditionem, eoque promiscue vitmur, & probatur in l. 3. tit. 1. par. 4. & communis vsus loquendi est attendendus, vt in l. Labco cum similibus, ff. de supel. legat.

Præterea præfata distinctio, & differentia inter verbum, dare, & verbum, tradere, vt lecupulosa & magis verbis, quam rebus consistens, per aliquos